



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 46. Continuatæ Mendozæ Hispani exercitus Belliducis Victoriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

facraret: vix autem Mendoza urbe ex-
 cesserat, cum illico Calvinistæ violata
 pactorum fide suos Pastorculos in civi-
 tatem revocarent, atque impetu in Ca-
 tholicos Sacerdotes facto, ipsum etiam
 Pontificis Nuntium tanta sævitia inva-
 derent, ut nonnisi occulta fuga sese mor-
 tis periculo subducere posset.

Sæcul.XVI.
 A.C. 1598.

§. XLVI.

*Continuatæ Mendozae Hispani exerci-
 tus Belliducis victoriæ.*

Mendoza hisce victoriis nondum satur
 sexto Vesalia lapide promotis ca-
 stris Refam pervenit, quam urbem po-
 tius tormentorum metu, quam impetu
 occupatam præfidiariis munibat, inde
 vero ad Isalam fluvium delatus in Tan-
 sisalena Provincia Doesburgum aggre-
 di parat, eoquod hoc oppidum ad Ve-
 laviam, regionem sua fertilitate alendo
 militi peropportunam, aditum pande-
 ret; cum vero Mauritius Fœderatorum
 Bellidux occupata hac urbe suis maxi-
 mum damnum, hostibus vero ingens e-
 molumentum accersiri probe intellige-
 ret, collectis, quotquot poterat, copiis
 Tolhusianum propugnaculum astu in-
 tercepit, atque Hispanorum progressibus
 obicem oppositurus Seventriæ arcem vi
 captam valido firmabat præsidio: cum
 ergo hac Mauritiï solertia urbis expu-
 gnatio

Gallut. de
 bello Belg.
 l. II.
 Thu. l. 65

Fœcul. XVI.
A.C. 1598.

gnatio multo difficilior redderetur, atque aliunde inclinata jam tempestate milites assiduis belli laboribus fessi facile in discrimen adducerentur, hinc in Belgico Senatu decretum, ut ab hujus urbis obsidione abstineretur: Mendocum autem recedente mox Mauritius Rheno, Isala, & Vahali fluviis admodum imbrum mescens delectos milites Embricam versus emittebat, qui aggerem Hartzum flumini objectum aperirent, quo facta ingens aquarum copia Hispanorum castra inundabat: attamen Hispani per motis tormentis quantocius hostem retrocedere compellentes sequenti nocturno ruptum aggerem resarciebant, occupatisque Embrica, Ree, & Isselburgo Desebecomum oppidum haud procul Deseburgo situm die sexta Novembris cinerunt, quo in deditionem accepto vicinam arcem nomine Schulemburgum naturæ beneficio munitum occuparunt: porro post hæc ingruentibus pluviis, hyemisque rigoribus majorentare præpeditus ex Andreae Cardinalis Belgii Administratoris sententia copias suas in hiberna dimisit, easque per Montensem, Cliviensem diocesium, & Monasteriensem Diocesim distribuit.